dixit ei. Vade. laua
in natatoria syloe:
quod interpretatur missus.
Abiit ergo et lauit:
et uenit uidens.
Itaque uicini et qui
uiderant illum prius
quia mendicus erat:
dicebant. Nonne
hic est qui sedebat
et mendicabat? A
lii dicebant quia
hic est: alii autem
nequaquam. sed similis
est eius. Ille uero
dicebat: quia ego
sum. Dicebant ergo
ei. Quomodo aperti
sunt tibi oculi? Re
spondit. Ille homo
qui dicitur ihesus lutum
fecit. et unxit oculos
meos: et dixit michi.
Vade ad natatoria sy
loe: et laua. Et abii et
laui: et uideo. Et dixe
runt ei. Ubi est ille?
Ait. Nescio. Adducunt
eum ad phariseos:
qui cecus fuerat. Erat
autem sabbatum: quando
lutum fecit ihesus. et a
peruit oculos eius.
Iterum ergo interroga
bant eum pharisei:
quomodo uidisset.
Ille autem dixit eis.
Lutum posuit michi
super oculos: et laui
et uideo. Dicebant

ergo ex phariseis qui-
dam. Non est hic ho-
mo a deo: qui sabbatum non
custodit. Alii dice-
bant. Quomodo potest
homo peccator hec signa
facere? Et scisma erat
inter eos. Dicunt ergo
ceco iterum. Tu quid
dicis de eo qui aperuit
oculos tuos? Ille autem
dixit: quia propheta est.
Non crediderunt ergo
iudei de illo. quia cecus
fuisset et vidisset: donec
vocaverunt parentes
eius qui viderat. Et
interrogaverunt eos:
dicentes. Hic est filius
vester quem vos dicitis

quia cecus natus est?
Quomodo ergo nunc
videt? Responderunt
eis parentes eius:
et dixerunt. Scimus
quia hic est filius
noster: et quia cecus
natus est. Quomodo
autem nunc videat
nescimus. aut
quis eius aperuit
oculos nos nescimus.
Ipsum interrogate. Eta-
tem habet: ipse de
se loquatur. Hec di-
xerunt parentes eius:
quia timebant iu-
deos. Iam enim con-
spiraverant iudei:
ut si quis eum con-

92

